

45 Certum videtur II. Imperatorem cum Statuum Imperii consensu Leges Publicas in toto vel ex parte mutare posse. Nam qui Legem edidit, eam perimere valet: neque tam naturale quidquam est, quām dissolvere rem ex iisdem causis, ex quibus coaluit. Hermes cit. num. 30.

46 Certum videtur III. Imperatorem cum uno vel altero in Legibus Publicis dispensare posse, à dispensatio non vergat in Imperii prejudicium. Hermes cap. 11. n. 76. & seqq. Cum enim dispensatio talis neque à Jure positivo, neque à Jure Naturali aut Gentium prohibita reperiatur, permisa senseri debet.

47 Anceps verò controversia videtur: possit ne ipse Imperator in casu extrema necessitatibus, vel maxime utilitatis ea mutare, quia sùa capitulatione & alias servare promisit? Hermes, quem plures alii sequuntur, in Fa- scie. cap. 9. quest. 7. rationes pro & contra accumulat; sicut tamen sententiam, quasi in utramque partem propendens, non prodit. Lynnaeus in Prolegomen. ad Capitulum. f. 8. & num. 40. satis aperte sententiam negativam tuet. Clarissimum D. de Wollerlin a quest. 2. a. n. 69. & a. n. 82. separat casum necessitatis a caso utilitatis; ac pro illo, si extremus sit, non obligari Imperatorem; pro isto, eti summus sit, obligari, exquisitis argumentis probat.

48 Argumenta pro casu necessitatis extrema sunt I. quod nec vota, nec juramenta, nec pacta obligent ultra intentionem voventium, jurantium, pacificentium: mens verò tum Imperatoris tum Electorum pacificentium nunquam fuerit, obligationem servandi Leges & placita publica ad casum extremae necessitatis porrigeret: sic enim in bonum Germanicarum Nationis, quod unicè per oculis habuere, non tenderet conventionem, sed magis vergeret in detrimentum: dum in casu quod v. g. Imperator hostili exercitu ex improviso invadetur, non posset necessaria defensionis arma, & bellum defensivum suscipere; siveque, donec consensus Electorum exigeret, hominem intra viscera graffari, ac regnum evertare a suis, tolerare & quasi fovere deberet.

49 II. quia Lex nulla, nullave conventione tam ferrea est & adamantis, ut humanae libertatem ad casum necessitatis seu obligari, seu alliget, per deducta in cap. 1. n. 214. Curo ergo solus Imperator, Rex Regum dictus, tam rigidos sibi compedes per Leges & pactiones, cum suis Vasallis initas, injici patiatur, ut ne quidem in gravissimam necessitatem femet exticare, & liberare valeat? III. quia in Capitulationibus Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi &c. & Augustissimum Successorum Leopoldi & Josephi art. 13, Caroli VI. art. 4. casus necessitatis ab obligatione perficie excipitur, ubi, dum ab inicio & articulis praecedentibus varia negotia sine Ordinum Imperii conlenu peragi non posse, convenit erat, subiungitur: manu mir aber von deß Reichs wegen/ oder das H. Reich angegriffen

Jur. publ. cap. 11. §. 19.

C A-

sen und bekriegt würden/ alsdan mögen wir uns unser dem Reich ohnmächtiger Hult gebrauche.

Argumenta contra calum utilitatis duo sunt faciunt. Primum est: quod Imperator in Capitulatione non solum generatibus promittat, se nullò modō & viā pactionibus publicis contraventurum; sed etiam speciatim cavit, quod in casu salutis & utilitatis publica, ubi Statuum omnium consensus & consilium exquiri nequit, saltem cum Electoribus rem agere velit. Verba in Capitulat. Leopoldina & Josephina art. 10. Carolina verò art. 6. ita sonant: da abe publica salus & utilitas NB. ein mehrere Bescheinigung erforder / da sollen und wollen Wir dann der siben Thür. Fürsten samliche Einwilligung zu gelegener Zeit und Maßl. Statt und zwar auf einer Collegial-Gesammtkunst und nicht durch absonderliche Erklärungen/ bis man zu einer gemeinen Reichs-Versammlung kommen kan/ wie sonst in allen andern deß Reichs Sicherheit concernirenden Sachen/ als auch in dier/ erlangen. Alterum est: quod, concessa semel libertate, à Capitulatione pretextu utilitatis recessendi, jam non amplius ullus articulus à recessu sitatus: cum publica utilitas semper obtendi, omnis transgressio hōc palliō celari possit.

Confitit huic doctissima distinctioni, Clarissimo D. Authore explicatus proposito, quod primum membrum absolute; quod secundum limitatè. Et quidem facile admitto, catum tam urgentem vix occurserit posse, ut non prius cum Ordinibus universis, vel saltem Electorali Collegiō, desuper brevi manu communicari possit. Si tamen (ex hypothesi) occasio sile fuggereret, recuperandi quidpiam eorum, qua Imperio hactenus iniuste subtracta sunt, eaque occasio elaboretur, antequam consensus Statuum impetrari posset: factis æquam & humanam censeo opinionem D. Bernardi Mult Repräsent. Majest. part. 2. cap. 5. n. 20. non dubitandum esse, dicentis, quin Imperator studium augendi Imperii ipsò actu tellari, indubitateque Statuum consensus anticipate possit. Quia enim in cit. art. 6. & 10. non compellitur Imperator omnium Ordinum, sed Electorum donataxat, animum explorare, si periculum in mora, & occasio salutis publica in precipiti sit: tacite videtur insinuari, quod si tanta sit temporis brevitas, ut ne Electorum quidem consensus adhiberi queat, Imperator licet id agat, quod in evidenti Reipublica Romano-Germanica emolumentum eventurum esse, prudenter arbitratur. Nec præsumendum est, Electores Imperii tunc invitatos fore: siquidem Capitulationem Imperiorum non alium in finem, quam utilitatem Imperii, prescriberi voluerunt, aut potuerunt: consequenter si occasio singularis & evidentis utilitatis promovenda non concederet statum, Electorum consilia desuper exquirendi, de tactio illorum consensus hastare vix licet.

Quia in re non videtur disfertare Hornus

CAPUT VII.

De Jure Civili Privato.

Us Civile Publicum è vestigio consequitur Privatum; quod alià Civile simpli- citer appellari consuevit. Huic illustrando non tantum Romani Jcti, sed etiam Germani, aliarūque Nationum Eruditissimi Jurium explanatores, numerò penè innumerò, strenuam & indefessam navarunt operam. Nos quām plurima- rum ex Cap. I. de Jure Legali in genere; tum ex Cap. V. de Jure Canonico suppone- mus: reliqua, quā peculiares sunt, strictrum expediemus.

SECTIO I.

De Juris Civilis Essentia, Promulgatione, & Origine.

SUMMARIUM.

- 1. *Jus Civile non accipitur hic pro habitat.* 2. *Sed pro Legi, ac definitur.* 3. *Est ordinatio rationis.* 4. *à Legislatoro Politico.* 5. *In bonum temporale.* 6. *Et privatum Reipubli- cae.* 7. *Promulgata.* 8. *Questio de loco pro- mulgationis.* 9. & seqq. *Resolutio de omnibus Imperii provinciis.* 10. *Et seqq. Origo & pre- gressus Juris Civilis.*

S. I.

De Definitione Juris Civilis.

I. *Jus Civile sumatur pro habitu prudentiae Civilis, illius nomenclaturam & definitio- nem inventare licebit in tral. Preamb. cap. 1. & num. 122.* Si accipiatur pro Legi, pa- rumper immutatur definitio, & describitur, quod sit Ordinatio rationis, à Legislatoro Politico, in bonum temporale & privatum Reipublice promulgatum.

II. *Dixi I. ordinatio rationis.* Si rationi Jus Civilis repugnat, ac peccatum aut iniquitatem statuat, aut foveat, a dignitate Juris Legalis de- jicitur; uti factum in materia praescritio- nis, cum mala fide Civili Jure comprobata in cap. ult. de Praescritio.

III. *Dixi II. à Legislatoro Politico, cui nempe cura Reipublica Sacerularis est commissa; live sit in genere politico Summus; five eidem sub-*

S. II.

De Promulgatione Juris Civilis.

IV. *Ocassione prioris num. exfurgit questio: debeatne Lex Civilis non tantum in Au- la vel Curia Principis, sed etiam in singulis provinciis promulgari?*

V. *Responsio tamen non difformis (ut in cap. 5. a. n. 11. de Legi Ecclesiastica) sed uniformis ferè est affirmativa. In primis enim Novella 66. rubrica verbis generalibus, ac sensum compleatum referentibus, concepta legitur: ibi: ut nova constitutiones, post infinitum earum subintellige in metropoli cuiuscunque provin- cia, ut commentatur Gothofredus ibid. lit.*

VI. *c.) post duos menses valant.* Deinde in præfatione & cap. 1. sermo quidem est de Legi bus testamentariis, ratio vero tam universali-

P. SCHMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

R

anima Legis, ac dispositionem, in uno casu ordinatam, per texus in *l. neque Leges 10. & 3. seqq. ff. LL.* ad aliam similem protendat, ignorat. Ergo verum est, Leges Civiles, universim consideratas, debere in singulis provinciis promulgari. Suarez *lib. 3. cap. 16.* & copiosissimi D.D. ab eo in n. 8. citati Clar. D. Franz ad *Infl. tit. 2. p. 3. n. 28.*

14 Neque dicas: inscriptiones & rubricas Novellarum non esse, in istar aliorum Juris librorum.

§. III.

De Origine Juris Civilis.

16 **H**anc materiam ex officio discutunt Civilistæ ad *tit. ff. de Origine Juris*, atque ad imitationem Pomponii, ducem & lucem præbentis in *l. necepsione 2. in princ. ff. eod. tit.* tres Reipublicæ Romanae etates considerant.

17 In prima Urbis adolescentiæ etate, ab Anno Mundi 3200, ante Natum Salvatorum 750. Cuc Author est Striuvius ad *cir. tit. lib. 6. 2.* per 244. Annos, dum statu erat regius, incertò potius, quam certò Jure, populus regebaratur d. l. 2. §. 1. Autò deinde populus Romanus, ac per XXX. curias seu partes distinctò, a Romulo Romulique Successoribus Leges communes a populo, per curias convocato, curiate dictæ, emanarunt, quas dehinc, temporibus Tarquinii, Jctus Papirius collegit, & posteritas Jus Civile Papirianum appellavit d. §. 2. Lauterbach ad *cund. tit. §. 1.*

18 In secunda etate, quâ & Reges exacti, & in eorum odium rogatae prius Leges abrogatae sunt, status popularis, & in eo jus arbitriarum, ex aequo & bono, ut aijunt, profectum diu satatis viguit d. l. 2. §. exadiis 3. Posteaquam vero experientia docuit, ius arbitriarum periculostum, ac sepe non in genuina sed cerebrina aquirere fundatum esse, missi sunt in Graeciam, Legibus & bonis moribus tunc florentissimam, Viri (tefla Pomponi d. l. 2. §. postea 4. Struvi d. l. lib. 6. 3. & plerisque) decem, aut (secundum Lauterbach d. l. §. 2. Myllerum ad Struv. alleg. 1.) tres, qui Leges Solonis aliorumve Græcie Sapientum conscriberent. His post biennium reversus, decem viri creati, ac potestate, Leges à Græcis emutatas pro suo arbitriatu in ordinem & formam distribuendi, instruendi, anno in earam collectione absumpcio, in decem tabulis universas Leges ante rostra proposuerunt: quibus altero anno duas tabulas, & in his alias Leges (duodecim Tabularum vocatae) superadditæ fuerunt A. l. 2. & §. 4. Franzkius ad d. tit. n. 14.

22 Cùm verò, ut fieri amat, non omnes causas Legibus duodecim Tabb. comprehensi existenter, sicut sunt *Reponsi* & *interpretationes Prudentium*; accesserunt *Legis actiones*, hoc est, solennes ac determinatae agendi formulae; supervenerunt *Plebisita*, seu fancita plebis, à Patritiis & Senatoribus distincte; addita *Senatus Consulta*, id est, iusta & ordinatae Senatorum; accumulata *Edilla Praeso-*

rum, authenticas, utpote cùm autoritate, privatâ, ab Irnerio vel alio Jcto, Novellis annexa sint. Nam contra est, quòd ribrice Novellarum una cum Novellis à Jure peritus ultrò receptae, ac immemoriali confutidine roboratae & firmatae sint, dum non solum continuò explicari, sed etiam applicari solent, non minus, quām cæteræ aliorum Juris titulorum inscriptions, ut jam prænotatum fuit in *traſt. Preamb. cap. 1. n. 187.*

De Origine Juris Civilis.

& mutati mores mutatas Leges efflagitant, post absoluta hac Juris Civilis opera, novæ iterum constitutiones, pro re natâ, prodicunt, ex quo, tanquam novissime, Novelle dicte, & posteriori loco in *Corpo Juris Civilis* sunt posita. *Confit. de Emendat. Cod. §. 2.*

30 Et has omnes Juris Civilis partes, Instituta, Pandectas, Codicem, Novellas, autoritate decisivâ pollere, Juris indubitati est; cum hoc tamen discrimine, quòd Græcos & Romanos ex sola voluntate Legislatori Jurifliniani quondam obligaverint; Germanos autem non nisi ex spontanea assumptione,

SECTIO II.
De Causa Efficiente Legis Civilis; seu Legislatore Civilis.

SUMMARIA.

32 Agitur de Potestate Legislativa Civilis. 33. & seqq. Illius existentia probatur. 37. & seqq. Concessa est à DEO, tanquam Ante Naturæ. 41. & seqq. Et quidem immediate communitatæ perfecta. 45. & seqq. S. Pontifex Legem Civilem fert pro suo territorio temporali. 48. & seqq. Non autem pro tota Ecclesia. 51.

§. I.

Quisnam Potestatem Legislativam Civilem habeat; & à quo?

32 **C**ausam Efficientem Juris Civilis esse Legislatorem, Potestate Legislativa præditum, nemo ambigit. Priusquam verò de Legislatore in particulari disseram, præmitto aliquia de Potestate Legislativa in genere, &

33 Dico I. Datur Potestas Legislativa Civilis in hominibus. Conclusio est indubia, & secundum Suarez *l. 3. de LL. c. 1. n. 2.* de fide: cùm ex SS. Literis constet, non unum sed plures in Veteri Testamento Reges, Principes, & Judices suffici, qui Potestate Legislativa Civili refugebant. Ratio est: quia homo est animal sociale, non tantum foedate conjugali, quâ mas & femina individuum vita confuetudinem contrahunt, in ordines ad propagandum genus humanum, de qua Gen. 2. v. 18. scriptum exstat: non est bonus, homo esse folium: nec tantum societas economica & domestica, quâ liber parentibus, & famili dominis ad mutua obsequi & auxilia sociantur: sed etiam societas politica, quâ ex pluribus familiis coniurgit. Cum enim nulla familia privata sibi solum sufficeret, sola omnia exercere ministeria, sola artes omnes, humano vivendi modo congruas, addiscere vel praticare valeat: adeò in homine naturalis quidam instinctus, ad quærendam societatem politicam, à DEO, Authore Naturæ, inditus, iuxta illud Ciceronis de Amicitia: nihil Principi DEO in rebus humanis esse gratus, quām homines habere inter se societatem ordinatam, & perfectam, quā civitas dicitur.

34 Ex hac vero societatis coalitione necesse est, extare Jus polonicum & Civile, quod in bonum familiarium, politice uniendarum, ab hominibus, qui denique quia potestas obligandi in conscientia, subiiciendi transgressores peccata, vita & bonis malefactores excludit, comitatur Potestatem Legislativam; adeò, quia ab hominibus, qui conscientiarum vita, & mortis dominium non habent, origi non potest. Ratio secunda partis est: quia ex Oraculo Apostolico, ad Rom. 13. v. 1. non est Potestas, nisi à DEO; & Divina Sapientia estat Proverb. 8. v. 5. & seqq. Por cum Reges regant, & conditores Legum iusta decernant. Non autem descendit à DEO haec potestas, tanquam Authore supernaturale: cùm neque ad finem supernaturalem reficiat, neque revelatione egeat, ut agnoscatur. Ergo descendit à DEO, tanquam Authore Naturæ, per modum proprietatis naturalis: cùm quid corpus politicum ex natura rei potestatem gubernativam desideret, quā & bonum communem, quod singuli per se non attendunt,

pro-

35 ex Oraculo Apostolico, ad Rom. 13. v. 1. non est Potestas, nisi à DEO; & Divina Sapientia estat Proverb. 8. v. 5. & seqq. Por cum Reges regant, & conditores Legum iusta decernant. Non autem descendit à DEO haec potestas, tanquam Authore supernaturale: cùm neque ad finem supernaturalem reficiat, neque revelatione egeat, ut agnoscatur. Ergo descendit à DEO, tanquam Authore Naturæ, per modum proprietatis naturalis: cùm quid corpus politicum ex natura rei potestatem gubernativam desideret, quā & bonum communem, quod singuli per se non attendunt,

provehatur; & que ad pacem ac tranquillitatem mutuam pertinent, decernantur; & que diforta, incomposita, & societati disfantea sunt, corrigitur. Ergo Poteftas Legislativa Civilis à DEO, tanquam Authorē Naturali, promanat.

- ⁴¹ Dico III. Poteftas Legislativa Civilis à DEO immediate communati perfecte concessa; & ab hac in unum vel plures translati. Suarez d. l. cap. 2. n. 2. Stadlmayr difp. de LL. cap. 4. th. 2. lit. e. Pettschacher de LL. quest. 4. art. 2. conclus. 1. Caffropalao difp. 1. punt. 22. n. 2. Wenzl de LL. q. 4. §. 1. refol. 7. Glecler d. l. num. 8. Ratio priori membi est: quia, spectata rei natura, Poteftas Legum Civilium non desiderat magis penes unum, quam plures residere. Ergo, spectata rei natura, penes communitatē perfectam refertur. Ratio membi posterioris est: quia

§. II.

Sitne in Summo Pontifice Poteftas condendi Legem Civilem?

- ⁴⁵ Dico I. Est in Summo Pontifice Poteftas condendi Legem Civilem pro suo Territorio. Molina de J. & J. tr. 2. difp. 29. n. 9. Reding quest. 16. art. 1. contr. 3. n. 1. Palao d. punt. 22. §. 1. n. 1. Ratio est: quia Poteftas Legislativa Civilis una cum territorio & patrimonio D. Petri Summo Pontifici collata est: dum enim temporale Regnum consecutus est, nauctus quoque fuit temporalem & supremam Jurisdictionem, ex qua Poteftas Legislativa huius. Videatur textus in cap. 6. & seqq. difp. 10. cap. 5. & seqq. difp. 96. cap. sollic. 6. de M. & O.
- ⁴⁷ Ubi non obiret adnotandum, quod si Pontifex, tanquam Princeps temporalis, ferat Legem Civilem, de ea quoad Clericos & ipsorum immunitatem, nec non quoad laicos, temporaliter non subditos, perinde atque de alia Lege Civili iudicandum esse. Card. de Luca in Relat. Cor. difp. 2. n. 12.
- ⁴⁸ Dico II. Non est in Summo Pontifice Poteftas, Legem Civilem pro universo orbe.

§. III.

Qualis in Imperatore, Regibus, & Reginis Poteftas Legislativa Civilis existat?

- ⁵¹ Dico I. Imperator Leges Civiles pro universo Imperio condit. Conſentunt omnes. Ratio defumitur ex num. 23. ubi diximus, Lege Regiā Poteftatem omnem in Principe & Imperatore esse translatam. Ergo etiam Poteftas Legislativa, velut primarius actus Regie potest.
- ⁵² Evidem per Instrumentum Pacis Westphalicae art. 8. §. gaudeant 2. Recepit Imperii, & Capitulationes haec potestas limitata est, ut Imperator consensum Imperii & Statum prærequirere teneatur. Verum exinde non sequitur, Poteftatē Legislativam in persona Imperatoris non esse radicatum: cū Statuum suffragia non tam concursum in Legislatione, quam conditionem sine qua non faciat: dum Le-
- 54
Bartoli tentativa, docentis, Imperatores esse Dominum totius mundi, id est pro universo orbe Leges præscribere: quandoquidem nec illius Imperator dominium in orbem universum unquam habuit, nec forsitan bonum fuisset, si unquam habuisset. Molina de J. & J. tr. 2. difp. 30. Suarez lib. 3. cap. 7. Covarruv. in Reg. peccatum part. 2. §. 9. n. 7. & 8. Clari. D. Franz Quest. Select. 12.
- Dico II. Reges omnes Poteftatē Legislativam habent, in propriis Regnis. Suarez d. l. s. 9. n. 2. Caffropalao d. punt. 22. §. 2. n. 1. & DD.
- 55

Quinam alias Poteftatē Legislativam habeat?

133

⁵⁶ & DD. agminatim. Ratio est: quia, dum populus Regiam Poteftatē in unum transferat, transfert quoque Poteftatē Legislativam, velut nobilissimam Regia dominatiois portionem, ut habet Aristoteles 6. Eib. cap. 8. & D. Augustinus, à Suarez citatus, dicens: *Divinum Jus in scripturis habemus; Ius seculi DEUS distribuit generi humano.* Licet dissimilandum non sit: sicut in Imperio nostro, ita in Regnis aliis Poteftatē Legislativam Summorum Principium variè restrictam, & Statum confenuti alligatum esse.

⁵⁷ Dico III. Regina, si heres Regni sit, ac sola Majestatem habeat, sine confensi viri, si quem habeat, Leges potest formare. Paromitus in cap. dilecti 4. de Arbore. n. 1. & 3. Suarez cap. 9. n. 10. Caffropalao d. §. 2. num. 19. & 5. Glecler d. cap. 4. §. 4. n. 4. Ratio est: quia Rex potest Legem condere. Ergo etiam Regina, filia Majestate gloriatur: tunc enim Regina Poteftatē acquirit, ac, quia alii Regiam Poteftatē subicit?

§. IV.

Quinam alias Poteftatē Legislativam habeant?

⁶² Quia hæc procedere potest de Statibus Imperii, Nobilibus immediatis, Communitatibus, & aliis Universitatibus. Ad quan-

⁶³ Dico I. Status S. R. Imperii Leges præscribunt in suis territoriis etiam contra Jus commune. Gail de Pace publ. lib. 1. cap. 6. num. 70. Eckold ad tit. ff. de Legib. §. 8. Lauterbach ibid. §. 5. Myler de Princip. & stat. Imp. cap. 39. Mayer de Jure Stat. Imp. Legislat. cap. 6. per tot.

⁶⁴ Ratione dani ex formulis illis, ad prodigiam usque, ut ait Myler d. l. cap. 14. num. 8. toties decantatis: quod quilibet Imperii Statutus in suo territorio tantum possit, quantum Imperator in universo Imperio; quodve Statutus Imperii vicem Imperatoris in suo territorio obtinat. Poteftatē hæc potest confirmari ex Ord. Camera part. 1. tit. 57. ubi habetur, quod in decisione caufarum, inter provinciales controverſarum, Leges locales & provinciales obſervari debeat.

⁶⁵ Dico II. Nobiles immediati S. R. I. eadem, quia Status Imperii, autoritate Legislativā, sive in Territoris, perfruuntur. Fundatur aſſertio in Capitulat. Leopold. & Joseph. art. 3. Carol. art. 1. & 2. Instrumento Pac. Osnabrig. art. 5. §. 28. ubi Libera & immediata Imperii Nobilitati tanta prærogativa, præminentia, & Superioritas, quanta Statutis Imperii, tribuitur. Vide pof. Befoldum, Lauterbach cit. 1. §. 6. Fleck Biblio. 1. t. iii. 12. n. 13. Eit de Superior. Territor. pag. 3.

SECTIO III.

De Subjecto Juris Civilis.

SUMMARI.

- ⁷⁰ & seqq. Imperator tenet Legibus Civilibus indirecte. ⁷⁴ & seqq. Si tamen illius perso-

nam non aquae decant, mentiqtam obligatur.

⁷⁷ & seqq. Eadem resolutio traditur de Statibus

Con-

firmitur. Maritus talis Reginæ neque Rex

eft, neque Administrator Regni. Non Rex:

quia Régnum unum non capit duos Reges;

neque uni Corpori mystico duo quadrant;

Summa Capita. Non Administrator:

quia vel dependet à Regina Conjuge, illiusque

nomine imporaret; & tunc in effectu Re-

gina adhuc Legem diceret: vel non depen-

det; adeoque effet supremus, & secundus

Ex. Rex.

Memini quidem, quid Apostolus I. ad Ti-

moribus 2. §. 12. scribat: *dōcere mulieris non per-*

mitto, neque dominari viro; & 1. ad Corinth. 11.

§. 3. *vix caput mulieris.* Sed quis nescit,

hæc Apostoli testimonia de dominatione

economica & matrimoniali, non publica &

Jurisdictionali, intelligenda esse, ita ut Regi-

na marito quoad ultum familie & matrimonii;

marius Reginæ gloriatur: tunc enim

Regiam Poteftatē acquirit, ac, quia alii Re-

61

gionia marito quoad ultum familiae & matrimonii;

marius Reginæ subicit?

62

Dico III. Status & Communitates aliae

tantum habent d. Legislatio, quantum de

Jurisdictione gubernativa. Concluſione

& ratione ponit Suarez d. l. 3. cap. 9. n. 19.

cum Baldo & Sylvestro: quia Poteftas con-

dendi Leges est actus Jurisdictionis gubernativa-

rum. Quantumcum vero eminentis fuerit

Jurisdictionis, non poterit communatis, quia

Principem alium, quam Supremum, imme-

diat recognoscit, Leges condere, aut Juri

communi, aut Provinciali contrarias: quia

ad tales confensu Principis Territorialis se

extendere non cenſetur. Idem Suarez ibid.

num. 20. Mayer d. cap. 6. n. 3. Schneidewin.

ad §. 1. I. de J. N. G. & C. n. 14. Petrus Heig-

ius, quod illistr. 23. a. n. 26. Struv. Exer-

cit. 2. th. 42. & ibi Myllerus in Coment. Fleck

cit. 1. num. 21. qui ramen & alii rectius ejus

modi ordinamento statuta, quam Leges; im-

medius pacet, quam statuta nuncupari vo-

lunt.

Quin Universitates Studiorum Genera-

lium pro Studiorum & Studiosorum incre-

mento statuta ordinare possint, ed minus du-

baverim, quod firmis in omnibus Universi-

tatibus de factu eiusmodi statuta reperiri exi-

simo, ac Jurisdictione gubernativa in studiosos

omnibus Academiis concessa est, per Auben-

babit Cod. N. filius pro patre. Hermes in Fafic.

cap. 37. n. 138. Scharfchmid Colleg. Juri's publ.

Exercit. 1. th. 8. Swederus part. special. sect. 1.

cap. 6. n. 6. Schneidewin. cit. loc. n. 19.

63

bus Romani Imperii. 8. & seqq. Personæ Ecclesiasticae non stringuntur LL. Civilibus, quando illarum immunitatem violant. 8. & seqq. Offenditur hac doctrina exemplis. 95. & seqq.

Cater. LL. Civilibus tenentur indirecte. 100. & seqq. Forenses obligantur servare Leges Civiles modo, quo Canonicas. 102. & seqq. Etiam Leges Vetus Gallo.

§. I.

An Legislator Civilis teneatur suis Legibus?

- 70 Quia de subiecto respectu Legum Ecclesiasticarum in genere, & in specie de Summo Pontifice; ac de Imperatore respectu Legum Civilium publicarum in cap. 5. n. 138. & seqq. & cap. 6. à n. 36. afferta sunt; pariter de Imperatore respectu Legum Civilium privatarum afferenda sunt. Unicà tamen distinctione affectiones illæ quoad præsentem materiam declaranda videntur. Videendum nempe, an Leges Civiles privatæ disponant circa materiam, cuius obseruantur æquæ privatas ac Imperatorem decet; an circa objecta, quorum executio solis privatis, non etiam Imperatori, convenit. Primo casu procedunt ea, qua in locis prænominitis conclusa sunt, quod nempe Imperator indirectè Legibus Civilibus obstringatur. Quod præcipue collimat textus in §. ult. Inſt. Quib. mod. 7. infim. ubi Imperator ultra protinet, non admisurum sibi hereditatem eius, qui litis causa Principem reliquerit heredem; neque tabular non legitimè factas, in quibus ipsi ob eam cauſa heres institutus erat, probatur. 71 Deinde l. ex imperfeto 23. ff. de Legat. 3. ubi inveniuntur esse, dicitur, ex imperfeto testamento legata vel fideicommissa Imperatorem vindicare; addita ratione: quia decet causa Majestati, eas servare Leges, quibus soluta esse videatur. Iterum in l. & in legislat. 4. Cod. ad L. Falsid. ubi statuit Alexander, Legi falcidiæ etiam legata, Principi facta, subiacere. Petri namque subinjustitia iustitia commutativa, ne Leges infringantur, si videlicet privato ius antecedenter quæsum (ut in cauſa d. 5. ult. & l. ex imperfeto 23. accedit) ex infractione Legis adlimeretur, per dicta in c. 1. n. 195. subinde Legalis, ut bonum publicum exempli ferventius, quam sermone Princeps inflauert per l. digna vox 4. Cod. de LL. & l. ex imperfeto 3. Cod. de Testam.
- 72 Posteriori casu dicendum est, Imperatorem Legibus Civilibus solutum esse. Nam I. Imperator non tenetur in suo testamento ordinem & solennitates Civiles observare. Stryck de Cantel. testam. cap. 5. membr. 1. §. 2. quia, quod à coram Principe fit, totò Jure teste fieri censetur l. omnium 19. Cod. de Testam.

§. II.

Utrum Legibus Civilibus obstringantur personæ Ecclesiasticae?

- 81 Sic materia Legis Civilis aliquando Legislatori convenit, aliquando disconvenit; sic etiam personis Ecclesiasticis convenire potest & disconvenire. Convenit, quando nec directè, nec indirectè perstringitur Immunitas Ecclesiastica, sed bonum pub-

licum unicè per Legem intenditur. Disconvenit, quando vel directè minuitur Immunitas Ecclesiastica, ut si circa personas vel bona Ecclesiastica immediate disponant; vel indirectè, ut si directè circa proprios subditos disponat Lex Civilis, ita tamen, ut ex ejus obser-

Utrum Legibus Civilibus obstringantur personæ Ecclesiasticae? 135

obseruantia redundet aliquid præjudicium in personas aut res Ecclesiasticas. Stadlmayr. cap. 8. dīp. de LL. cap. 4. th. 6.

- 82 Dico I. Leges Civiles, quarum obseruatione personis Ecclesiasticis non convenient, ac immunitati carum directè vel indirectè adverfatur, non tenentur servare Clerici & Religiosi. Authores hujus sententiae non numero: quia utramque, ut ajunt, paginam sola nomina implerent. Textus similiter non omnes recito, sed præcipios in capitulo in Ecclesiastis 7. cap. Ecclesia sancta Maria 10. de Constitutione. cap. 11. de Rob. non alienand. cap. 12. diligenti 12. de Foro compet. cap. 13. de Immunitate Ecclesiastis 6. l. privilegia 12. §. 1. Aut. causa Cod. de SS. Eccles. ubi statuta Sacularium, immunitati Ecclesiasticarum personarum inimica, tam à SS. Pontificibus, quam Christianis Imperatoribus nulla, causa, irrita pronuntiantur. 93

Sunt namque tales constitutiones extra forum suum extensa, ac Clericos & Religiosos, quos Jure Divino à Saculari Potestate exemptos esse, alibi probatum dabitur, asserere non possunt. Ex qua conclusione ulterius.

- 83 Insertur I. si in Jure Civili Leges occurant, circa Ecclesias, & res Ecclesiasticas disponentes, eas viribus omnino carere: neque exinde canonizatas esse, quod forsan in Decreto Gratiani relate fuerint: quia ex tract. praamb. cap. 1. u. 80. tantam vim constituciones, in Decreto extantes, obtinent, quantum à suis Authoribus obtinere potuerunt. P. Engel in Proem. For. Can. n. 19. reg. 6.

84 Infertur II. statuta, alieciu extantia, ne bona immobilia in personas Ecclesiasticas transferantur, velut adversari Libertati Ecclesiasticae non valere. Quod enim Ecclesia excludatur à facultate recipendi bona immobilia, quam Jure Naturali & Gentium indultam, ac à Jure Civili in l. habeat. l. generali 13. l. Inbenus 14. Cod. de SS. Eccles. expressè confirmat habet, utique contrarium & adversum est Ecclesiis, sicut in c. l. supra textibus manifestè reprobatur. Et quis (infert egregie) D. Joannes Braun lib. Var. Amanian. quaff. 23. in antisib. pag. 228.) quis plebeia adeo ex anima, qui non videt, adempta donatione, successioni hereditati, & tandem etiam emptione, familiam illam & Apostolicam libertatem rapi, stringi, & incarcera?

- 85 Si dicas: talis flatuta personis Ecclesiasticis prodebet, quia à nota avaricia easdem tenuerunt. Phylicum illum (reponit citatus Braun) imitaris, qui tertianam prodesse dicebat, eò quod hominem reddat. Gletle cit. cap. 4. §. 5. n. 14. Ratio est: quia obligatio Legalis nequit directè provenire ab eo, qui potestate Legislativa vacuu est. Sed Legislatores Seculares respectu personarum Ecclesiasticarum Potestate Legislativa sunt vacui. Ergo personæ Ecclesiasticae non obligantur directè Legibus Secularibus, sed tantum indirectè, quatenus recta ratio, à Jure Canonico agnita & probata, dicit, ut Clerici & Religiosi, tanquam membra Reipublicæ (quantumvis privilegiata) studeant conservare emolumenta Reipublicæ, Legibus in bonum communaliatis se submittant, ac communia pondera, mensuras, monetas &c. servent. Faciunt textus generales in cap. 1. & 2. de N. O. N. cap. innosuit 12. in fin. de Arbitr. cap. super specula 28. de Privileg. cap. quoniam 8. & plur. seqq. Dīp. 10. cap. cum ad verum 6. Dīp. 6. Ex quibus

- 86 Colligunt ipm̄ Principes Constantius & Constans in cap. in qualibet 23. XXXII. Ind (subiectum ipsum) Principes Constantius & Constans in cap. in qualibet 23. XXXII. 99

materia adiaphora statua reperiuntur, à Jure Civili comprobantur: ita, quæ Jure Civili in eadem

eadem materia, puta circa Judicia, Jurisdictionem, Modos acquirendi, Contractus &c. fons sunt, etiam Jure Canonico tacite recepta esse, supposito, quod contrarium evi-

denter & in terminis statutum non inveniatur, ut in cap. dilecti 6. de Judic. cap. cim eff. 10. de Testamento. cap. ult. de Arbitr. in 6. Reptantur dicta in tr. praamb. cap. 1. n. 91.

§. III.

Quomodo Forenses & Peregrini obligentur Legibus Civilibus?

Cum in num. 63. & 66. cuilibet Statui Imperii nec non immideate & Equestris Nobilitatis Potestis Legislativa pro suo territorio sit adstrata: sicut luce clareat, plures in Germania Provinciales & particulares inventri Leges, circa quas dubium esse posset: an foli subdit illis Legibus subdantur, an vero etiam forenses & peregrini, qui vel transitus vel negotiorum causa in illis locis & pro vincis morantur? Nihilominus quia in exp. 5. a. n. 158. hoc dubium circa Leges Ecclesiasticas particulares per plures conclusiones explanatum est; ac, que ibi fundita, ob rationis identitatem hic quoque dicenda sunt: hinc ambiguum & superfluitatum vitandarum gratia, illuc me remitto.

Scrupulus forsitan remanere posset: an forenses Legibus Vectigalium alieni territorii subiectantur? Ratio in oppositum esse videatur: quod Leges Vectigalium resipient singulariter utilitatem illius territorii, pro quo

seruntur: ut adeo non alios obligare centaur, ac subditos proprios, qui ex justitia Legali salutem sui territorii curare tenentur. Sed imbecillis est haec ratio. Leges vectigalium liquidem hoc ipso quod resipient utilitatem territorii, pro quo seruntur, obligant omnes, qui utilitatem territorii experientur. Et quia igitur advene non minus quam indigena sentiunt utilitatem territorii, experientur communis viarum, defendantur a violatione & depravatione malignorum hominum: suader summae exquiratis ratio, ut pro sua etiam parte salutem territorii coadiuent, ac taxam vectigalium & dummodo iusta & proportionata sit) per solvant. Confer Co-varruv. in Relat. cap. peccatum. part. 2. §. 5. P. Engel ad tit. de Constitut. num. 46. P. Petzschacher quæst. 4. pag. 77. P. Mezger diss. 35. art. 1. num. 8. P. Layman Theolog. Mer. 1. 3. tract. 3. p. 1. &c. 3.

SECTIO IV.

De Effectu Juris Civilis.

SUMMARIÆ.

105. & seqq. Leges Civiles obligant in conscientia.

109. & seqq. Post lapsus duorum mensum à die promulgacionis. 112. Si Imperatoria sit. 113. Differunt post folius Imperator. 125. Et declarare Legem.

§. I.

A quoniam tempore Lex Civilis incipiat obligare?

Effectus Legis Civilis est obligatio in conscientia, vel ad foliam poenam, vel ad folium actum, vel ad utrumque; de qua in cap. 1. Sct. 3. pr. 10. Neque affectiorem nostram, quam d. l. n. 227. possumus, labefactant, quae noviter opposuit D. Fleck Biblio. lib. 1. tit. 18. 106num. 14. quod hoc modo hæres in conscientia ultra vires hereditarias in solidum creditoribus satisfacere teneretur: quod etiam debitor, extincta post biennium exceptione de non-numerata pecunia, & juxta sententiam, ex falsis instrumentis latam, ex obligatione interna teneretur solvere: quod denique emphyteuta, canone intra biennium vel triennium non soluto, non posset emphyteusin retenere.

107. Non, inquam, nostram hac sententiam labefactant. Nam Lex de satisfactione, ultra vires hereditarias præstans; sicut & Lex de non-oppoendâ exceptione post biennium, fundatur in presumptione facti particularis,

quæ cessante obligare cessant Leges d. cap. 1. num. 290. Lex vero de caducitate Emphyteusis, ob moram non soluti canonis incurreda, est pecunialis, in poenam morte & contemptus imposita: adeoque ante sententiam in conscientia non stringit. Eod. cap. 1. n. num. 244.

Hæc porrò obligatio, si Lex Imperatoria sit, prius initium non sumit, quam intervallo duorum mensum à die Legis promulgata transferit, per rubricam, prefationem, & numerum Novella 66. que, sicut ex num. 9. & seqq. non solum de Legibus testamentariis, sed etiam reliquis quoad promulgationem in provinciis constituta est, suffragante DD. uniformi calculo, confetur: ita pariter de Legibus aliis quoad lapsum bimestris procedere creditur. Clariss. D. Franz ad tit. de J. N. G. & C. part. 3. num. 28. Clarissimus D. Marquard. Otiu Heribaldi, diss. 2. Sct. 2. art. 2. §. 7. quæst. 1.

Dissen.

An Lex Civilis obliget independenter ab acceptatione populi? 137

110. Dissentit ct. D. Fleck num. 10. & ad Nov. memorata respondet, ibi folium dici, quod intra duos menses ignorantium promulgare Legis allegans facile audiatur, maximè si des ignorantie juraverit, vel aliam causam ignorancie probande adduxerit, &c. Sed textu & menti Novellæ haec responsio non consonat. Nam Imperator disertè dicit, Le-

gem promulgatam primū post duos menses valere; ne videlicet alii citius, alii serius obligentur.

Dixi: si Lex Imperatoria sit. Nam Leges in inferiorum Principum statim à die promulgationis vim obligandi plenam fortuantur, argumento eorum, quæ in cap. 5. num. 208. di-putata habentur.

§. II.

An Lex Civilis obliget independenter ab acceptatione populi?

113. Negativè præter alios concludunt nulli ex iis, qui nobiscum in d. cap. 5. num. 210. sustinuerunt, Leges Ecclesiasticas independenter ab acceptatione populi obligare. Catalogum pandit Suarez ubi supra. cap. 19. num. 1. Castropalao diss. 1. p. 1. 13. 114. num. 7. Ratio ita conciliendi duplex est. Prima: quod Legislator Civilis nequeat obligare independenter à consensu populi, utpote à quo in eum potestas est sub conditione delata legitur, ut fine consensu populi Legem non statuat, juxta illud Julianum in L. de quibus 32. 1. ff. de LL. cum Leges ipsa nulla alia ex causa nos teneant, quām quod iudicio populi recepta sint: merito & ea, quā sint scripte populus probavit, tenebant omnes. Secunda est: quod Legislator Civilis nolit obligare populum invitum: ex quo enim Lex commune præceptum est, non præsumitur esse mens Legislatoris, velle, ut Lex efficaciter obliget, antequam à communitate fuerit acceptata.

115. Sed affirmativè concludendum est censeo, si de Statu alio, quam Populari, quæstio intelligatur. I. quia eadem feruntur sententiam, quibus independentiam Legis Ecclesiasticae à populo sustinimus, tolli potest independentia Legis Civilis ab assensu populi. II. quia ex eo tempore, quod Romana Monarchia sub Imperatoribus denudò renata est, potestas omnis in populum Lege Regia translata fuit, adeo ut, quidquid soli Principi placuisse, Legis vigorem obtinere. sed & 6. f. de J. N. G. & C. L. quod Principi 1. in pr. f. de Constitut. Principi. Quod sanè in rei veritate non posset, si populi voluntas constitutionis Legis accedere debetur. III. quia nec expedit, populo talem libertatem esse reliquat, ut qui alias ad excutiendas quām suscipienda

jam exoleverat.

Secunda ratio simplici negatione absolvitur. Nam Lex dicitur esse commune præceptum, non quia fertur contentientem communitate, sed quia communitatim immediatè pronuntiat, atque ad bonum illius refertur.

§. III.

Utrum & a quo Lex Civilis mutari possit?

116. Legem Civilem, cùm humana & positiva sit, mutari posse, olim quidem à folio Imperatore, hodie vero non nisi requisitis Statibus, in confessu est apud omnes. Quod tamen de totali & universalis Legi mutatio, adeoque de ab vel derogatione, non de dispensatione accipendum, sine hesitatione pronuntiaverim. Nam hodiendum Imperatori potestatem ascribo, in Legi Civili privatâ dispensandi. Enimvero moderatè ad-

P. SCHIMM. JURISPR. CAN. CIV. TOM. I. cap. 8.